Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35054
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

c brev

retis inducentes eum vel procuratorem suum eius nomine in corporalem
possessionem beneficii iuriumque et pertinentiarum predictorum eadem auctoritate
et defendentes inductum ac facientes sibi de ipsius beneficii fructi-
bus redditibus proventibus iuribus et obventionibus universis
integre responderi non obstantibus omnibus supradictis. Seu si ei-
sdem archiepiscopo episcopo et capitulis vel quibusvis aliis com- vel
divisim ab eadem sit sede indultum quod interdici suspendi vel ex-
communicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expres-
sam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Contradic-
tores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo. Datum ut supra.

Acta sunt hec Rome apud sanctum Petrum in domo Bullarie situata in
paradiso dicte ecclesie sub anno domini millesimo quadringentesimo quarto, indictione XII, die sa-
bbati XX mensis decembris, Pontificatus domini nostri domini Inno-
centii divina providentia pape VII anno primo, presentibus ibidem venerabilibus
viris et discretis viris Iohanne Uten Elsweert scriptore et Andrea
de Chinsano Anellan dyocesis familiari dictorum Bullatorum et Firma-
no de Bassis scriptore litterarum apostolicarum et aliis testibus ad premissa
vocatis specialiter et rogatis. 1404

Et ego Symon Onofrii de Catani Sinochis de Prato clericus
Pistoriensis dyocesis publicus auctoritate apostolica notarius et scriba Audi-
toris Curie Camere apostolice causarum et processuum litterarum apostolicarum prefati
recepcioni requisitioni decreto inhibitioni subdelegationi sententiarum
fulminationi omnibus aliis et singulis dum sic ut premittitur per dictum
Reverendum patrem dominum Episcopum Antonianum et executorem ac coram
eo fierent et agerentur una cum prenominatis testibus interfui eaque pre-
sens fui eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi. Ideoque hoc presens
publicum instrumentum presentem processum inde confeci manu mea aliis
occupato negotiis fideliter scriptum publicavi signoque et nomine meis
solitis signavi rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium
et singulorum premissorum.

Commissio ... gladii pote

Ad extollenda iustorum premia et reprimendas insolentias
transgressorum prospiciens de celo iustitia creavit in populis regimina
sola et dominorum principum potestates. Caruisset namque libenter huius-
na conditio in genere humano libertatem a se qua eis nil dominaret
homines abdicassent nisi propria sua scelerum inemendentem pre-
maxime humanum genus redundabat et sic necessitate quadam optinuit
nil subesse iustitie et subire iustitie libertatem sed hec extrinsece
nil subesse ... an se putata per hominem ce-
lestis imago subiceret Sed homo prelatus est homini ut gloriem
prelaturum efficeret depuratus spei potissime ... profert
ad regimen populorum imperium dum ostensa sibi figura immisimus